



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua  
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 8. A Monymo diuitias abijcere discunt, qui feliciter volunt sapere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

bat, quod Deus impiorum scelera non videret.  
Non autem Deus, sed ipse non videbat, à  
cæco Pluto exoculatus.

## §. VIII.

*A Monymo dinitias abijcere discunt, qui felici-  
citer volunt sapere.*

Monymus, authore Laërtio, erat Corinthij cuiusdam Trapezitæ seruus: qui cum Philosophia amore teneretur, cuperetque maximè operam dare Diogeni, neq; tamen hoc ipsum à Domino posset precibus ullis impetrare, simulatâ insanâ, monetam cœpit spargere; eo modo dimissus, ad Philosophiam se conuertit, Diogenemque secutus est. Hunc modum tenent, qui veram sapientiam sectantur: pecunias abijciunt, omnia quæ possident, abdicant, ne vitijs irretiti à cælesti Philosophia retrahantur. Videntur quidem insanire, sed illis duntaxat, qui olim dicent: *nos insensati, vitam illorum* Sap. 5. *estimabamus insaniam, ecce quomodo compu-*  
*tatis sunt inter filios Dei.* Tales filij fuere, quotquot, paupertatem amplexi, Benedicto, Bernardo, Francisco, Ignatio, aliisq; Sanctis, nudi omnibus diuinijs, nudum Christū sequi voluerunt; paupertate atq; inopia felices; qui abundantia & opibus miseri extitissent,

O 2

§. IX.